



**PREMIO “MINERVA” DE TRADUCCIÓN DE LATÍN  
PARA ALUMNOS DE BACHILLERATO DE LA COMUNIDAD DE MADRID**

**2016**

*(Las facciones de los galos y la organización del poder)*

In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque, sed paene etiam in singulis domibus factiones sunt, earumque factionum principes sunt qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat. Itaque eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiores auxilium egeret: suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur, neque, aliter si faciat, ullam inter suos habet auctoritatem. Haec eadem ratio est in summa totius Galliae: namque omnes civitates in partes divisae sunt duas.

[CÉSAR, *Guerra de las Galias*, 6,11]

**CUESTIONES:**

1. Traducción del texto (7 puntos).
2. Análisis morfológico completo (teniendo en cuenta, si procede, su función sintáctica en el texto) de: *factionum, iudicium, causa, partes* (1 punto).
3. Análisis morfosintáctico completo de: “*Itaque eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiores auxilium egeret.*” (1 punto).
4. Señala los rasgos más relevantes de la justicia en Roma: derecho e instituciones (1 punto).